



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Qvæstiones Morales Selectiores De Lege Interna Et Externa**

discussæ, ac Resolutæ, & in duos Libros divisæ, In quibus, propositis casibus, prima quædam principia, ad plurimas alias Quæstiones similes resolvendas perutilia, subinde examinantur

De Lege Externa

**Beati, Gabriele**

**Augustæ Vindelicorum, 1729**

**VD18 80376800**

31 An lex irregularitatis se extendat ad eum, qui alium ad propriam defensionem occidit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39888**

## QV AESTIO XXXI.

*An Lex irregularitatis se extendat ad eum , qui alium ad propriam defensionem occidit.*

## C A S V S .

**I** RTA inter Cæsarem ac Pompeium discordia , Pompeius euaginato gladio Cæsarem aggressus illum leuiter prius vulnerauit , deinde uero occidere tentauit . Cæsar autem vitato iactu , quamuis fugere posset , Pompeium tamen ense transfodit . Quæritur : Vtrum Cæsar in irregularitatem inciderit .

## S V M M A R I V M .

- 2 Casar Pompeium occidendo , cum fugere posset irregularitatem contraxisse videtur .
- 3 Pompeji occiso ad sui defensionem non erat necessaria .
- 4 Alter Inuasorem declinare poterat fugiendo .
- 5 Irregularitatem tamen non contraxit .
- 6 Cum tanto sua famæ detrimento fugere non tenebatur .
- 7 Ideoque Pompeii mors illi fuit moraliter ineuitabilis .
- 10 Si fuga illi ignominiosa non fuisset , irregularitatem contraxisset .

## RATIONES DVBITANDI .

- 2 Causa hic parum difficultatis habere videtur . Proponitur tamen , quia duorum sequentium est fundamentum . Cæsar igitur in irregularitatem incidisse videtur . Nauarrus lib . 3 . consil . tit . de homic . consil . 7 . num . 4 . & cap . 27 . summ . num . 211 . Henrig . cap . 10 . num . 3 . Auila

par . 7 . d . 5 . sect . 3 . dub . 2 . Laym . lib . 3 . sec .  
5 . tract . 3 . par . 3 . cap . 9 . assert . 3 .

Primo : Quia occisio illa non videbat 3  
tur Cæsari necessaria ad sui defensionem ;  
fugere enim poterat , ut supponitur :  
sicque se à Pompeio defendere . Ergo occi-  
sio illa illicita fuit ac iniusta ; Excessit  
enim moderamen inculpatæ tutelæ . Si  
autem fuit iniusta , fuit etiam ad irregula-  
ritatem incurrēdam sufficiens .

Secundo : Quia in Clem . Si furiosus ; 4  
excipitur ab irregularitate solum , qui suum  
suisorem occidit , alter aggressionem de-  
clineat non valens . Sed Cæsar alter ag-  
gressionem declinare valebat fugiendo .  
Ergo ex vi Clementinæ ab irregularitate  
non excipitur .

## RESOLUTIO .

R Espondet tamen , Pompeium pro- 5  
babilius irregularitatem non incur-  
risse , Cæsarem occidendo , si fuga erat  
ei ignominiosa . Suarez disp . 46 . sect . 1 .  
n . 6 . Coninch . disp . 18 . d . 9 . Gasp . Hurtado  
de



de irreg. disp. 2. diff. 10. n. 37. p. Narr. de rest. lib. 2. cap. 3. num. 418. Conarr. Clem. si furiosus par. 3. §. vnic. num. 1. Reginald. lib. 30 num. 110. & alii apud istos.

**6** Primi: Quia Pompeium occidendo non peccauit; cum tanto enim luce famæ detrimento fugere non teneatur. Si autem occidendo non peccauit, consequenter neque irregularitatem incurrit. Hæc enim homicidio solum illicito ac iusto imposta est.

**7** Secundi: Quia, quod sine magna infamia ac dedecore vitari non potest, est moraliter ineuitabile; nemo enim tantum incommodum subire tenetur. Sed Cæsar sine fugâ ignominiosa mortem alter vitare non poterat, quam Pompeium occidendo. Ergo mors ei erat moraliter ineuitabilis aliter quam Pompeium occidendo; ideoque hic casus censetur comprehensus sub Clem. si furiosus. & ab irregularitate exceptus.

### OBJECTIONUM SOLVTIO.

**8** Ad rationes in contrarium facile respondetur; Ad primam: Occisionem Pompeji fuisse Cæsari moraliter ne-

cessariam, cum ob periculum infamiae fuge non tenere: ut.

Ad secundam similiter, Cæsarem 9 aliter aggressionem moraliter declinare non valuisse, cum seclusa fugâ, ad quam non tenebatur: alius modus non esset illam declinandi.

### COROLLARIUM.

**C**olligitur ex dictis: Si fuga Cæsari 10 ignominiosa non fuisset, vel quod esset Clericus, vel Religiosus, quibus fuga ignominiosa non est; vel quod esset Infamæ sortis, qui nullam honoris iacturam fugiendo faciunt; vel quod ibi esset ignotus, aut Peregrinus, vel quod fuga noctu facienda esset; tunc Cæsarem censendum esse irregularē occidendo Pompeium, si mortem fugiendo, vitare poterat, quia tunc occisio illa excessisset moderamen inculpatae tutelæ; Non fuisset enim necessaria ad propriam viam defendendam, siveque occidendo peccasset.